



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi**

**Spina, Claudius de**

**Parisiis, 1551**

33. de virtutibus cardinalibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38840**

B P I T O M E

D E reprobis verō , qui præparati non sunt ad vitam, sed ad mortem, simpliciter concedendum est, quod ab ætero illos habuit odio, id est reprobavit, sicut legitur: Iacob dilexi, Esau autē odio habui. *Mala*  
Sed non est simpliciter dicendum, quod dilexit, ne prædestinati intelligatur: sed cū adiectione concedatur, dilexit eos, inquantum opus eius futuri erant, id est quos & quales ipse eos erat facturus.

DE QVATVOR VIR-  
tutibus Cardinalibus.

D I S T I N C T . Trigesimæ tertiae  
C A P . Primum.

Quatuor sunt virtutes Cardinales.

P ost prædicta, scil. de virtutibus theologicis, de quatuor virtutibus, quæ Principales siue Cardinales vocantur, disserendum est: quæ sunt, Iusticia, Fortitudo, Temperantia, Prudentia, de quibus ait August. *de Tri.* Lib. 18  
Iusticia est in subueniendo miseriis, Pruden- cap. 9.  
cia in præcauendis insidiis, Fortitudo in perferendis molestiis, Temperantia in coercendis delectationibus prauis. Quæ virtutes Cardinales dicuntur (vt ait Hieron.) quibus in hac mortalitate, & post ad æternam vitam peruenitur: quæ in Christo plenissime fuerunt & sunt. De cuius plenitudine nos acce-

pimus. In quo habuerunt usus eosdem, quos  
in patria habent, & quosdam etiam viæ.

CAP. eccl. Virtutes Cardinales remanebunt in patria.

**Q**uibuscum visum est tres earum esse  
desituras, scilicet prudentiam, fortitudinem, & temperantiam. Iusticia autem  
immortalis est, & in agis tuis perficietur in nobis, quam esse cessabit, quum beatè viuemus  
contemplatione diuinæ naturæ, quæ omnes  
naturas creauit & instituit. Cui regen-  
ti subditum esse iusticia est. Fortassis & aliæ  
tres virtutes, prudentia sine ullo iam pe-  
ticulo erroris, fortitudo, sine molestia, tol-  
erandorum malorum, temperantia sine repu-  
gnatione libidinum, erunt in illa felicitate:  
ut prudentiae ibi sit, nullum bonum præpo-  
nere Deo vel æquare: fortitudinis, ei firmis-  
simè adhaerere: temperantiae, nullo defectu no-  
xiò delectari. Quod vero nunc agit iusticia  
in subueniendo misericordia, quod prudentia in  
præcauendis insidiis, quod fortitudo in per-  
ferendis molestiis, quod temperantia in co-  
ercendis prauis delectationibus, non erit ibi  
omnino, ubi nihil mali erit. Ecce hic aperte  
ait Aug. quod predictæ virtutes erunt in fu-  
turo: sed alios tuic habebunt usus, quam mo-  
do. Cui Beda assentit in Exod.

DD